

www.e-rara.ch

**Auspice Deo Opt. Max. Amplissimi antecessorum in inclyta &
celeberrima Academia Basiliensium, Ordinis, auctoritate & consensu,
has de dotibus & earum iure, theses**

Specht, Johannes

Basileae, 1588

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7183>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

AVSPICE

Deo Opt. Max.

AMPLISSIMI

ANTECESSORVM IN IN-
 clyta & celeberrima Acade-
 mia Basiliensium, Ordinis,
 auctoritate & consen-
 su, has de

DOTIBVS *& earum lure,*
 T H E S E S,

Pro Doctoralibus Priuilegijs in V. I.
 consequendis, publicè affere-
 re conabitur

IOHANNES SPECHT
Glogouiensis Silesius.

Ad V. Kal. Iulij, hora & lo-
 co solitis.

B A S I L E AE,
 Typis Ostenianis.

CIO. IO. LXXXVIII.

Catalog.



Moribus & Do-
ctrina Ornatiss.
Viro

DN. IOACHIMO
SPECHTIO, GERMANO
Fratri
has Inaugurales
Theses,

Synceri sui amoris Μνημοσύνη
ergo
Germana dextera

AVCTOR.

*Amanter offert; eiꝰ bene
precatur.*

ANTIQUÆ IVRISPRVDEN-
tiæ lex à Solone lata, ius elocationis, & do-
tis quantitatem, pro familiarum dignita-
te præscribens, talis erat:

*Si quævis infimi ordinis puella hæres non vult ha-
bere eum, qui ipsam generis propinquitate contingit,
dote data, elocato, Patritius quidem drachmis quingen-
tis, eques trecentis, semieques centum quinquaginta,
præter ea quæ ipsa habet. Si verò plures sint in una fa-
milia pro portione quisq; conferat. Quòd si mulieres
plures fuerint, necesse ne esto cognato plus una elocare,
sed proximus aut ipse elocato, aut ipse ducito. Quòd nisi
genere proximus eam, vel elocauerit, vel duxerit, Præ-
tor eum cogat, aut locare, aut ducere. Quòd ni Prætor
coegerit, mille drachmas Iunoni sacras debeto.*

*Eum, qui detrectauit, quiniis ad Præ-
torem citato.*

THESIS I.

Impendiò placet illud Pōponij ad Sabin.
ἡρώημα τεχνικόν; PVLICE INTEREST,
DOTES MYLIERIBVS CONSERVARI:

II.

Cùm vt secundo nubere; tum vt susce-
ptos liberos, vxore defuncta, alere, ornare,

commodiusq; instituere, maritus possit.

III.

Cuius rei effectus tantus quondam fuit, ut pudenda egestate laborātes puellas, Fiscus ipse dotārit, ne indotatæ nuberent.

IV.

Id quod, Scipionis, Curij & Cincinnati filiarum exemplo, liquidò constat;

V.

Legem decēuirorum & improbū morem Aegyptiorum perstringens, existimantium, quòd si dotem ab vxoribus accepissent, uti mancipia illis addicerentur.

VI.

Atqui ex ipsa vocabuli notatione intelligere discimus, horum λεπτολογήματα, non modo Pomponij & aliorum Antecessorum Nostrorū auctoritate cui etā esse, verum etiam nihil habuisse probabilitatis.

VII.

Quod vocabulū cū sit æquiuocū, ad varia transfertur, animæ, corporis, & fortunæ dotes;

Sic

VIII.

Sic & prædiorum, vinearum, Columell.
teste, dotes dicimus. Et quæ (ait) ruta cæsa
in ædibus propriè sunt, ea in villa taber-
na & officina instrumentum dicuntur, in
vineis; dos.

IX.

Proinde cùm & dos vxoris sit, propriè ea
matrimonij intuitu, Nubentium puella-
rum donum nuncupatur.

X.

Definitur ius quoddam, continens vni-
uersum ius mulieris, concessum marito,
ad onera matrimonij sustinenda, vt perpe-
tuò dotem in dominio maritus habeat;
quamuis dos mulieris sit.

XI.

Ius definitur, vt differat à dote animæ,
corporis, & fortunæ, quæ nō est ius; vni-
uersum ius mulieris continens, dicitur, ad
differentiam hæreditatis, quod ius est con-
tinens vniuersum ius defuncti.

XII.

Additur; vt in dominio mariti sit, fructuum dotis causa, qui maritum immediate concernunt.

XIII.

Species siue genera dotium breuius esse dixero, profectitiam, quam pater; aduentitiam, quam extraneus quispiam constituit.

XIII.

Etenim dotes promittendo, obligantur omnes, cuiuscunque sanè sexus, aut conditionis sint.

XV.

Idq; duplici fauore fultum, publico & piæ causæ, est.

XVI.

Hinc mulierum imbecillitati, plerunq; contra iuris regulas succurritur.

XVII.

Quamuis insolens & iniquum esse videatur, priuilegium mulieris, in alterius necem cedere.

Debet

XVIII.

Debet autem dotis quantitas, pro modo facultatum patris, & dignitate mariti, constitui.

XIX.

Et diuinus Plato Reipublicæ commodum virgēs, æquissimè dotes, æquales pro æqualibus, constituit.

XX.

Ex quibus singulariter proficiscitur, modicam dotem re ipsa, τὸ ἐγγῶν pro parte oneribus matrimonij, seruire posse.

XXI.

Cùm Dos non sit precium matrimonij, quod dubio procul hac ratione, multis modis, insidiarū periculo subiaceret.

XXII.

Eam ob causam laudatur Megadari apud Plautum consilium, indotatam pauperis filiam vxorem ducentis: *Si meo*

*exemplo (inquit) ceteri agant, concordior erit
ciuitas, & inuidia minore utemur, quàm uti-
mur, illæ nos magis metuent, ac ipsas, minori sumptu
alemus.*

XXIII.

His cōcessis, quónam modo, infimi or-
dinis, aut pauperior puella, nullã, vel per-
exiguam dotem marito offerens, institu-
tum coniugij infirmabit?

XXIII.

Atque facilè quorundam apparens dis-
cordia, iustæ distinctionis fœdere, poterit
reconciliari, sta' uentium, exiguam do-
tem, titulum dotis tueri non posse.

XXV.

Incurrit hîc & alia deliberatio, num lo-
cupletem filiam pater dotare teneatur?

XXVI.

Ac licet haud pauci Iurium Coriphæi,
clare & sine lite, illud verum esse testen-
tur

tur: tamen Multis etiam ambiguū fuit.

XXVII.

Sed frequentissimis suffragijs D D.
proditum est, etiam ditioribus filiabus o-
pitulari, hoc pio remedio, necessarium
esse.

XXVIII.

Quas patri exhæredare non licet, imò
cogitur illis debitam portionem relin-
quere;

XXIX.

Nisi citra consensum patris, indigno, le-
uitate iuuenili ductæ, pudoris virginalis
immemores nupserint:

XXX.

Tum enim iure dotem amittunt; quam
tamen si pater dederit, irreuocabilis erit.

XXXI.

Neque rationis est, in fraudem credito-
rum, filiabus dotem dare, obæratos pa-
rentes debere:

XXXII.

Quia bono & æquo non conuenit, fili-
as ex creditorum detrimento, locupletari.

XXXIII.

Exinde pactiones ll. repugnantes ser-
uandæ

uandæ non sunt, velut ne ob res amotas
agatur:

XXXIV.

Cùm his effici neutiquam possit, vt de
futuro crimine, agi non liceat.

XXXV.

Nec potest aliquis hoc pacto sibi cauere,
ne ob impensas necessarias agatur, quod
hæ, ipso iure, dotem imminuant.

XXXVI.

Vti & illa conuētio moribus improbā-
da est, si mulier reuersa post iurgiū, ne do-
tata sit, conueniat.

XXXVII.

Aliàs satis mulieribus prospectum vide-
tur, cùm etiam ipsis, multoties cōsensum
accommodantib. l. Julia marito interdica-
tur, dotalis fundi, alienatio:

XXXVIII.

Nisi commodum præsens, ex eiusmodi
alienatione eis prouenerit, aut necessitas
ipsa vrferit, aut potius dotium priuilegijs
aliquid additum fuerit:

XXXIX.

Quæ priuilegia vsque eò ampliantur, vt
nec

nec deteriore formam fundi fieri ll. cō-
cesserint, neq; integrum marito sit, serui-
tutes ei debitas amittere, aut alias im-
ponere.

XL.

Quod si contrà factum fuerit, certa iuris
remedia, amissa consequendi, præsto
erunt.

QVÆSTIONES.

Q. I.

*Num soluto matrimonio ex anni sequentis obuen-
tionibus indemnitas sit præstanda, si ex præcedentis
non possit?*

Q. II.

*Si uxorem nobilem ignobilis duxerit, num illi exce-
ptio competat, non numeratæ dotis?*

Q. III.

*Num dotis quantitas ex feudo pro modo faculta-
tum patris, & dignitate mariti, constituenda sit?*

FINIS.



neque enim in hoc mundo
cellarum non inegrum magis in
tunc et debitas rationes, aut alia
poderit
Quod si non in hoc mundo
remedia, aut alia, colligenda, prout
erunt

Quod si non in hoc mundo
remedia, aut alia, colligenda, prout
erunt
Quod si non in hoc mundo
remedia, aut alia, colligenda, prout
erunt
Quod si non in hoc mundo
remedia, aut alia, colligenda, prout
erunt
Quod si non in hoc mundo
remedia, aut alia, colligenda, prout
erunt

Quod si non in hoc mundo
remedia, aut alia, colligenda, prout
erunt